



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

87. Reprehe[n]dit pr[a]epostera[m] Pharis[a]eoru[m] religione[m] in sola  
externa mu[n]ditie posita[m]: quibus vt hypocritis minuta  
perseque[n]tibus, & pr[a]ecipua omittentibus, vnà cu[m] ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

CAP. 87. Reprehendit præposteram Phariseorum religionem in sola externa mandicie positam: quibus ut hypocritis minuta persequentibus. & præcipua omittentibus, una cum Legis peritis in alios severis, omnia sibi indulgentibus, vehementer comminatur. Luc. II. \* 49.

S. Matthæus

S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

**ET** cum loqueretur, rogavit illum quidam Phariseus ut præderet apud se. Et ingressus recubuit. Phariseus autem cepit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prædium. Et ait Dominus ad illum, Nunc vos Pharisei quod detoris est calicis & catini mundatis, quod autem intus est vestrum, plenum est rapina & iniquitate. Stulti, nonne qui fecit quod detoris est, etiam id quod deintus est, fecit? Veruntamen quod superest, date elemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis. Sed vae vobis Phariseis, quia decimatis mentam, & rutam, & omne olus: & præteritis iudicium & charitatem Dei. hæc autem oportuit facere, & illa non omittere. Vae vobis Phariseis, quia diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro. Vae vobis quia estis ut monumenta quæ non apparent, & homines ambulantes supra, nesciunt. Respondens autem quidam ex Legis peritis, ait illi, Magister, hæc dicens etiam contumeliam nobis facis. At ille ait, Et vobis legis peritis vae: quia oneratis homines oneribus quæ portare non possunt, & ipsi uno digito vestro non tangitis sarcinas. Vae vobis, qui edificatis monumenta Prophetarum: patres autem vestri occiderunt illos. Profecto testificamini quod consentitis operibus patrum vestrorum: quonia ipsi quidem eos occiderunt.

S. Matthæus S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

derant, vos autem ædificatis eorum sepulchra Propterea & sapientia Dei dixit, Mitta ad illos Prophetas & Apostolos, & ex illis occident & persequentur. ut inquiratur sanguis omnium Prophetarum qui effusus est à constitutione mundi à generatione ista à sanguine Abel, usque ad sanguinem Zachariæ qui perijt inter altare & ædē. Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione. Væ vobis Legisperitis, quia tulistis clavē scientiæ: ipsi nō introistis, & eos qui introibāt phibulistis. Cū autē hæc ad illos diceret, cœperūt Pharisei & Legisperiti grauter insillere, & os eius opprimere de multis, insidiātes ei, & querentes aliquid capere de ore eius, ut accusarent eum. \* 88.

CAP. 88. Cauendum docet à fermento Pharisæorum, & mortem corporis non esse timendam. Quanta item sit constantis confessionis merces, quanta impiæ abnegationis pœna. Luc. 12. \* 87.

S. Matthæus S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

**M**ULTIS autē turbis circūstātibus, ita ut se inuicē cōculcarēt, cœpit dicere ad discipulos suos. Attēdite à fermento Pharisæorū, quod est hypocrisis. Nihil autē opertū est, quod nō reueletur: neque absconditū, quod nō sciatur. Quoniā quod in tenebris dixistis, in lumine dicetur: & quod in aurē locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis. Dico autē vobis amicis meis, Ne terreamini ab his qui occidūt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciāt. Ostēdā autē vobis quem timeatis: time eum, qui postquā occiderit, habet potestatem mittere in gehēnam, ita dico vobis, hunc timere. Nōne quinque passerēs vneunt dipondio, & vnus ex

Q 2 illis